



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelia Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

§. 3. Grisonum socij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

§. 3. Grifonum socij.

DOMINIVM HALDEN-
STINENSE, Seigneurie
d'Haldenstein. } Haldenstinum, seu pendens petra: *Haldenstein*, dominum habuit suum, sub
tutelâ & patrocinio Grisonum; ca-
strum ad Rhenum, vbi & ponte iun-
gitur, olim Lantium pagus.

DOMINIUM FROEBERGENSE, { Ragatium: *Ragatz*, ad Fl. *Caming*,
Seigneurie de Freuenberg, { qui mox in Rhenum cadit.
ad Austrios pertinet. { Fabarium: *Pseuertz*, *Abbatia*.

VALLES IVRIS^S Munstafunstadia, Muntafunstal, nobis Monta-
TIROLENSIS^S fun, & Clostalia Klosterstal.

BRETIGOVIA { le Brettigon, aliter Prettigou, & Rettigou, vbi castellum Castelz.

CAPVT VII.

Austrasia, le Vesterich.

AVSTRASIA l' *Austrasie*, vox corrupta pro *Oostreich*, cui opponebatur *Vestrhik* Neustria, quibus verbis appellabatur *Fran-
cia Orientalis*, & *Occidentalis*. Porrò de terminis huius *Austra-
siæ* non est facile statuere, cùm aliquando restricta sit, aliquando dilatata. Latissimè sumi videtur in controuersiâ *Dagoberti* & pa-
rentis eius *Clotharij*. Postea *Scaldi*, *Mosâ*, *Rheno* fluuiis, & *Vo-
geso* restricta est, & tum diuidebatur in superiorem & inferiorem.
Infrerior, dicta etiam *Mosellana*, & *Tullingia*, *Lotharingiæ* ferè re-
spondet, reliqua ditiones in *Septentrionem*, *superioris* erant. De-
mùm coërcita est ad tres *Regiones* quas tibi exhibemus. In eâ
olim non tantum numerabatur *Palatinatus Rheni*, sed & ditiones *Vasconia*, & *Hunsrunch*; verùm duarum illarum periere limites.

PALATINATVS RHENI , non accepit nomen à voce *Pallas* , seu *Capellatio* , cuius meminit Marcellinus; quoniam erat ille versus castellum Cattorum , & Mattiorum , sed aut à voce *Pfaltz* , quæ *Iurisdictionem* sonat , cùm inter Iurisdictiones esset hæc nobilissima: aut à Castello *Pfaltz* , in medio Rheno , quod fuisse putat Clue-
rius